Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Julius Cesar summus Imperator adeo diligens
hujus artis fuit, ut emendatissimos scripserit
de analogia libros. Augustus quoq; Octavianus
qui peritus grammatice fuit, in epistolis ad ipsum
Cesarem septis manifestat. Cum teste Cruti-
liano Emendarunt diri Caldum qui caldum
mavult, non quia id non sit latinum sed quia
sit odiosum. Non ergo te pudeat discere. qd
maximi orbis principes, magno nanciscti stu-
dio curaverunt. Dignum supra doctrinam
regibus necessarium esse. Quod si mihi
parum habes fidei, regnum te Apheta commoneat.
Et nunc reges intelligite. Propter ille cen-
dimini qui iudicatis terram. Quomodo cen-
diri, et disciplinam discere poterunt nisi totius
eruditionis initium et fundamentum arripe-
rint quod est grammatica. Sed dedisti tu hactenus
huic operam arti. Nec inuitus preceptoris tui
monitis auscultasti. Non tamen adhuc p
fectus grammaticus evasisti. pergis eius
adhuc discere. Quibus ex rebus decernimus
tibi nonnulla de grammatica scribere. Non quia
velimus ipsi te docere grammatica. Sed ipsos
breviter fontes ostendemus, ex quorum potu
eri grammatici fiunt. Ad quos ut tu te pre
ceptores ducant. tanto magis optamus quanto
id magis tibi conducibilius arbitramur.

Hic agit de grammatice scientia et de tribus
eius partibus

Grammatice secundum Crutilianum ait inlati
num, trislata litteratura significat, habetq;